Tit. 3.

De Stipulatione Servorum.

- ***Stipulationes Servorum***
  - *Sunt* Verborum Obligationes, quibus Servi, ex Perſona Dominorum Jus Stipulandi habentes. *pr. I. h.* quicquid ipſis promittitur vel Dominis vel ſibi in utilitatem Dominorum acquirunt. *§. 1. 2. I. h. j. L. 44. ff. d. cond. & dem. Hodiè* in Mancipiis Turcicis uſum præſtant.
  - *Fiunt à Servis Domini vel*
    - *Viventis*, qui acquirunt Domino uni, vel pluribus cum ſunt communes. *§. 3. I. h.* ſive Stipulentur Domino, ſive ſibi, ſive conſervo, ſive imperſonaliter. *§. 1. I. h.*
    - *Mortui, atque ii Hæreditate Jacente Acquirunt*
      - *Hæreditati* in illis caſibus, in quibus factum perſonale Domini non requiritur. *§. 2. I. d. hær. Inſt.* unde adiri hæreditas à ſervis inſtitutis citra accedentem juſſum hæredis non poteſt. *l. 61. ff. d. acqu. rer. dom.*
      - *Futuro Hæredi, ſi Stipulentur eidem in genere*, non nominatim ſ. proprio ejus nomine expreſſo. *l. 16. l. 35. ff. h.* Struv. *S. J. C. Ex. 47. th. 34. j.* Schilt. *ad π. Ex. 44. §. 6. ſeq.*

Quæ facti ſunt ſervi perſonæ inhærent, & in hæredem non tranſeunt. *L. 44. ff. d. cond. & dem.*

LIB. XLVI. PAND. *TIT. I.*

De Fidejuſſoribus & Mandatoribus.

- ***Fidejuſſor***
  - *Eſt* Perſona, quæ per Stipulationem. *l. 12. C. h.* (*hodiè* conventionem) alienam obligationem. *l. 21. §. 2. ff. h.* in fidem ſuam recipit. *l. 65. ff. h.* in majorem creditoris ſecuritatem. *pr. I. h.* principali debitore nihilominus obligato manente. *l. 5. C. h. Differt (1.) à Sponſore*, quia is etiam pro ſe, & qualibet promiſſione intercedente conſtituitur. *l. 7. ff. d. V. S. j. l. 3. ff. d. aleat.* Gœdd. *ad d. l. 7. n. 15. (2.) Ab Expromiſſore*, quandoquidem ille ſuæ quoque obligationi. *l. 11. §. 1. ff. d. pecul.* & cum novandi animo accedit. *l. f. ff. ad SCt. Macedon. l. 4. ff. d. Condict. cauſ. dat. (3.) A Mandatore*, qui mandat, ut fide ſua cum alio contrahatur. *l. 13. ff. d. minor.* aut pro aliquo fidejubeatur. *l. 12. §. 14. ff. Mand.* Atque hic inter Abſentes quoque nudo Conſenſu conſtituitur. *l. 1. §. 1. l. 32. ff. Mand. j. l. 1. pr. §. 2. ff. d. V. O.*
  - ***Dividitur***
    - *1. In Voluntarium*, qui libera partium conventione datur. *l. 7. §. 1. l. 10. §. 1. ff. qui ſatisd. cog. & Neceſſarium*, qui urgente neceſſitate conſtituitur; *Fidejuſſores* autem *Præſtare Jubet aliquando Lex. l. 13. ff. d. Uſufr. l. 4. C. d. prec. Imp. off. aliquando Magiſtratus. l. 7. ff. d. damn. inf.* niſi quis incommodum iis non præſtitis ſubire malit, unde Neceſſitas hæc non Simplex, ſed Hypothetica appellari ſolet. *Contingit* autem *etiam hodiè* non rarò *ut Fidejuſſorem*, non pignora, *dari neceſſe ſit* ob incertitudinem quantitatis (e. g. intereſſe) de qua ſecurus redditur creditor fidejuſſore in omnem cauſam accepto. Mev. *P. 3. Dec. 238.*
    - *2. In Judicialem*, qui in judicio, *& Extrajudicialem*, qui extrajudicium datur. *§. 4. I. d. ſatisdat.*
    - *3. In Simplicem*, qui ſimpliciter id, quod Principalis debet, in fidem ſuam recipit, *& Indemnitatis*, Schadloß Bürge/ qui in eum eventum obligatur, ſi creditor ſuum creditum vel omninò non. *l. 32. ff. d. V. S.* vel non integrum conſequi poſſit. *l. 116. ff. d. V. O. l. 21. ff. d. ſolut.*
    - *4. In Principalem*, qui Principalem Obligationem in fidem ſuam ſuſcipit. *l. 27. §. 4. ff. h. & Succedaneum*, ſ. ſurrogatum Rück-Bürge/ qui Fidejuſſoris Obligationem in fidem ſuam ſuſcipit, quò ejus fides confirmetur & ſecurior ſit creditor. *l. 27. §. 2. ff. h.* Colleg. Arg. *h. t. §. 8.*
  - ***Conſtituitur Jure***
    - *Civili Stipulatione. l. 8. ff. l. 12. C. h. §. f. I. h.* eaque ritè interceſſiſſe creditur, ſi in Inſtrumento Scriptum ſit, quòd fidejuſſio intervenerit. *L. 30. ff. h.* niſi contrarium manifeſtiſſimis probationibus evincatur. *l. 14. C. d. contrah. vel comm. ſtip. §. 11. I. d. inut. ſtip.*
    - *Hodierno Conſenſu Utcunque Declarato*, etiam ſubſcriptione chirographi, quô continetur, quòd is, qui ſubſcriptionem fecit, fidejuſſerit. Carpz. *P. 2. C. 20. d. 9. j.* Schilt. *ad π. Ex. 48. §. 27.*
    - *Civili & Hodierno Conſenſu Libero, excepto caſu, quo Maſculus* rogatus *pro Parentibus in Carcere hærentibus*, quatenus illi ſunt ſolvendo, *fidejubere detrectat*: tum enim ab iis exhæredari poteſt. *N. 115. c. 3. §. 8.* quod etiam probat *Dec. El. 52.* quodſi igitur Parentes nondum ſint incarcerati ſecus obtinet. Phil. *ad d. Dec. Obſ. 3.*
  - *Poteſt accipi. v. pag. ſeq.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn336914644/618 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG